Quelle: https://manuscripta.at/?ID=9083
Copyright: Melk, Benediktinerstift



Sps scs qui de patre & filio aequaliter procedit. ut beatus Augustinus dicit. quedam ineffabilitate comunio est patris & filii.

predicari. Ita pater veritas est. filius veritas est. sps scs veritas est. Pater filius. sps scs. non tres veritates. sed una veritas est. Si igitur una in his substantia est. & una veritas. necesse est veritatem substantialiter predicari. De bonitate. de incommutabilitate. de iustitia. de omnipotentia. ac de ceteris omnibus. quetam de singulis. quam de omnibus singulariter predicamus. manifestum est substantialiter dici. Unde apparet ea quecum in singulis separatim dici conuenit. Nec tamen in omnibus dici queunt non substantialiter predicari. sed alio modo. qui vero iste sit posterius queramus. Nam qui pater est. hoc uocabulum non transmittit ad filium. neque ad spm scm. Quo fit ut non sit substantiale nomen hoc inditum. Nam si substantiale esset. ut ds. ut ueritas. ut iustitia. ut ipsa quoque substantia de ceteris diceretur. Item filius solus hoc recipit nomen. neque enim cum aliis iungitur sic in dto. sicut in ueritate. sicut in ceteris que superius dixi. Sps quoque scs. non est idem qui pater ac filius. Ex his enim intelligimus patrem. filium. ac spm scm. non de ipsa diuinitate substantialiter dici. sed alio quodammodo. Si enim substantialiter predicaretur. & de singulis & de omnibus singulariter diceretur. Haec vero ad aliquid dici manifestum est. Nam & pater alicuius est pater. & filius alicuius filius est. Sps. alicuius sps. Quo fit. ut nec trinitas quidem substantialiter de dto predicetur. Non enim pater trinitas. Qui enim pater est. filius ac sps scs non est. nec trinitas filius. nec trinitas sps scs. secdm eundem modum. sed trinitas quidem in pluralitate personarum consistit. Unitas vero in substantie simplicitate. Quod si personae diuise sunt. substantia uero indiuisa sit necesse est. qd uocabulum

Quia pater non est filius. nam unigenitus non est pater sed genitus a patre.

Id est & pater de filio. & spu sco. & filius de patre & spu sco. & sps scs de utrisque diceretur.

Sub aut nomina. i. pater filius. sps sanctus.

Tres dicuntur personae & una substantia.

Quia non dr filius pater. neque sps scs pater & filius.

Scilicet patris & filii.